Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



62

& non probare quod dicimus. numeremus eos
qui post iesum filium iosedech usq; ad aduen
tum saluatoris pplo prefuerunt xpi. id est
uncti in pontificatum. Primus g ut ante iam
diximus post danielis ppheriam que facta
sub cyro rege post quam de babylone re
uersus est ppls. iesus filius iosedech fuit
sacerdos magnus. & zorobabel filio salathiel.
qui templi fundamenta iecerunt. impeditoq;
opere a samaritis & aliis incircumcisis nationib;
septem ebdomadarum anni completi sunt.
id est quadraginta & nouem quib' in pfectum
opus templi fuit. & quos ppheta a reliquis
sexaginta duab' ebdomadib' separat. Denuq; &
iudei in euglo ex hac opinione loquuntur
ad dominum. Quadraginta & sex annis edi
ficatum est templum hoc. & tu in trib' dieb'
suscitabis illud. Tot enim sunt anni a primo
anno cyri regis. qui libertatem dedit uo
lentib' iudeis reuerti in patriam. usq; ad
sextum annum darii regis. sub q templi
opus omne completum est. Porro iosephus